consummacione mee legis. secundum quod scribitur exo.
xxiiii. venit ergo moyses et narravit
plebi omnia verba domini atque iudicia. responditque
omnis populus una voce. omnia verba
domini que locutus est faciemus. ¶ Et quia
hoc fuit deo placitum subditur. vox tua et
dulcis et cetera. ¶ Capite nobis. Postquam
vis sponsi et sponse promotiva hic in-
servitur retentiva et hec ipsa plura sunt
in textu. in ipsis populus offendit deum mul-
tum hic premittitur duo magis nobilia. secundum
alia. In lectulo meo. primum autem recordatum
est de adoratione vituli. quod fuit maximum
ad quod inductus fuit populus per aliquos ad
ydolatriam magis pravos et fraudulentos
sub specie boni dicentes aaron. exodi.
xxxii. fac nobis deos qui precedant nos.
moysi enim viro huic qui nos eduxit
de terra egypti. nescimus quid acciderit
qui dicit non possumus procedere sine duc-
tore. et isti perversi fuerunt inventi per lenien-
tes. ut in dicto loco et hoc est quod dicitur capite
nobis. id est necessitate. vulpes parvulas
que demoliuntur vineas. id est pravos
dolose moventes populum ad ydola-
triam. nam vinea nostra. id est plebs is-
raelitica. prius vero vinea domini exsta-
tum [illegible]. Floruit. floruerat
rat. id est hec vinea in receptione legis
devota. ¶ Et sic tempore floritionis vi-
nee vulpes vel tinsentes et flores ex-
cutientes faciunt magnum dampnum.
sic predicti ydolatre in vinea israel fe-
cerunt magnum dampnum spirituale. ve-
rumptamen quia levite adheserunt deo cum domino
et moyse. exodi xxxii. si quis est
domini iungatur mihi. congregatique sunt ad
eum omnes filii levi. qui erant pro no-
bilioribus populi. ideo in persona eorum dicit sponsa.
Dilectus meus mihi et ego illi. et non
vitulo conflatili. qui pascitur inter lilia.
id est delectatur in personis mundis ab ydo-
latria. donec aspiret dies. secundum cogni-
tionis in quo ad preces moysi dominus
fuit placatus populo de peccato vituli.
propter quod subditur. et inclinentur umbre. in
hebreo habetur. fugiunt umbre. id est
dei pena mortis. et propter dei placationem sub-
dit sponsa. Revertere dilecte mi. dili-
gendo me sicut prius. similis esto
capree et cetera. id est fac illud celeriter. super
montes bethel. id est super montem synai
ubi dominus loquebatur moysi. qui
dicitur montes in plurali rationibus super-

dictis. et dicitur mons bethel id est domus
dei quia habitavit ibi cum moyse. ¶ Et in
hebreo habetur. super montes bethaim id est
partitionis vel separationis. secundum quia a populo.
ut dicitur hic. Fuit [illegible]. secundum quia tunc temporis dixit
dominus moysi. vade et descende de lo-
co isto. et populus tuus et cetera. et scilicet non
eum ascendam tecum. quia populus dure cervicis
est. cum similiter ad preces moysi con-
cessit se esse ductorem populi. 3us ca.

In lectulo meo. Hic ponit-
ur impedimentum quod contigit
per exploratores qui fuerunt
populum ut cum omnino moyse
et archa domini. voluerunt reverti in e-
gyptum dicentes numeri xiiii. constituamus
nobis ducem et revertamur in egyp-
tum. propter quod dominus iratus dixit similiter
irrevocabiliter quod omnes egressi de
egypto a xx annis et supra mo-
rerentur in deserto preter caleb et iosue.
et hic impedimentum limitatur specialiter.
In lectulo meo id est in moysi tabernacu-
lo. ut dictum est super primo capitulo. per
noctes id est tempore tribulationis excitate per
exploratores. quesivi quem diligit
moyses id est et aaron in tabernaculo
orantes dominum pro populo. ut dicitur [illegible]
sumitur tempore [illegible]. sed quia non fuit ex-
auditi ideo subditur. quesivi illum et non
inveni et cetera. Surgam et circuibo civitatem
id est desertum xl annis. quod licet non pos-
sit dici civitas proprie accepta ta-
men dicitur civitas propter multitudinem popu-
li convenientis in quo erat vicus multus
absque mulieribus et parvulis. per vicos
et plateas quesivit. et cetera. quia in omni
loco ad quem declinabant contra murmu-
rabat. et contra venerant ad eum
moysi et aaron. Invenerunt me
vigiles id est moyses et aaron ut dicitur
hic. Fuit [illegible]. qui vigilabant sicut cus-
todientes populum et annunciantes populo
similiter domini. sed quia die sequenti populus pe-
nitens de dicta rebellione dixit. pa-
rati sumus ascendere ad locum de quo locu-
tus est dominus quia peccavimus numeri
xiiii. et sic quemadmodum querebat dei
benivolentiam propter quod in persona illi-
us dicitur sponsa. num quem diligit anima
mea vidistis. ad moysen et aaron
[illegible] dirigendo. et quia non respon-
derunt sed eos [illegible]. sicut magis ad
dominum [illegible]. nolite ascendere. non

7 a.

141

enim est deus nobiscum. et cetera. Ideo ad deum
petitionem non ponit hic excusatio. ¶ Pau-
lulum. hic autem ponuntur quedam superad-
dita declarativa scilicet amoris sponsi et
sponse. et primo ponitur huius amoris re-
fectio. secundo sponse commendatio ibi. Que
est ista. Circa primum dicit sponsa. Pau-
lulum cum pertransissem eos. scilicet moysen
et aaron. de quibus fit mentio in littera im-
mediate precedenti. inveni quem diligit
anima mea. quia mortuis et aaron et moy-
se. et tota illa generatione que exierat
de egypto a .xx. annis et supra ut patet
est. populus israel invenit deum propitium
sub iosue duce. qui mirabiliter iordanem
transivit et potenter adversarios devicit.
tenui eum nec dimittam. quia toto tempore
iosue populus non recessit a deo sicut patet
Iosue ultimo. donec introducam illum
in domum matris mee. et cetera. id est donec fi-
gam eius tabernaculum in sylo. Iosue.
xviii. Ibi enim fuit primum archa domini
stabilem mansionem. ut dictum fuit su-
per libro iosue et psalmo. Dicitur autem primo taber-
naculum in quo deus spiritualiter habitabit
domus matris et genitricis sponse
pro populo israel qui tunc erat. quia de
oblationibus populi eius factum fuerat in
deserto. exodus xxxv. Et quia quies populi
in presentia dei erat desideranda. ideo subditur.
Adiuro vos filie ierusalem. et exponitur
ut supra capitulo ii. ne suscitetis et cetera. id est
ne declinetis ad voluntatem peccati. quod tamen
patrum quies ista. contrarium fecerunt
post mortem Iosue. ut patet libro iudicum ut
dicetur postea. Que est ista. hic autem
ponitur sponse commendatio. et primo
hec commendatio ponitur sub parabola muli-
eris[illegible] secundo sub parabola mulieris
speciose. capitulo iiii. Primum in duas. quia
primo ponitur dicta commendatio. secundo conclusio mente
ta conclusio ibi. Egredimini. Prima ad
huc in tres. quia primo commendatur de
sacrificiorum oblatione. secundo de castrorum disposi-
tione ibi. En lectulum. tertio de tabernaculi
compositione ibi. ferculum. Circa primum sciendum quod
post oblationem sacrificiorum in altari ho-
locaustorum quod erat sub divo. sacerdotes
offerebant thymiama in altari incensi.
quod erat in tabernaculo. et tunc erat [illegible]
crificii [illegible]
ad hoc dicitur. que est ista [illegible]
conspectu dei. que a[illegible]
tenebat. id est ad terram [illegible]

altior est illo deserto. sicut virgula
fumi ex aromatibus. et cetera. quod dicitur propter thymi-
amata compositum ex pluribus aromaticis rebus
exodus xxx. et designabat devotionem populi
per quod inducebatur ad terram promissionis
introducendi. En lectulum. hic autem
commendatur de castrorum dispositione. que
optime dispositione ordinabantur circa tabernacu-
lum. ut plenius dicitur numeri iii. tres
enim tribus erant in parte orientali.
et tres in occidentali. et alie sex in
parte aquilonari et meridionali. et
hoc est quod dicitur. en lectulum salomonis. id est
tabernaculum federis. quod dicitur dei lectu-
lus. salomonis. primo capitulo. qui deus nomine salomonis
intelligitur hic. ut dictum est supra capitulo primo. Sexa-
ginta fortes. id est sexagies decem milia. quia
fuerunt sexcenta milia pugnatorum.
qui excubabant circa tabernaculum. numeri
ii. et ad hoc erant multi ultra. sed
non computantur hic. quia scriptura frequenter
minutias omittit. ponitur
autem hic numerus fortium ad designandum
x milia. quia per .lx. fortes sexagies
x milia intelliguntur. ut dictum est.
eo modo loquendi quo dicitur de david. ii regum.
xviii. tu unus pro decem milibus computaris.
ex fortissimis israel. hoc dicitur ad exclu-
dendum mulieres et parvulos et debiles
ex senectute. qui non vadebant
ad bella. qui sunt omnes tenentes gla-
dios. et cetera. quia erant prompti et parati ad
pugnandum contra aliquos propter timores noctur-
nos. id est propter subitum adventum adversariorum
qui solent magis irruere de nocte.
¶ Ferculum. hic tertio commendatur de tabernaculi
compositione. ad cuius constructionem obtulit
populus materiam multe devotionis. atque perspi-
cacie. exodus xxxv. quia tunc sicut ad man-
datum dei qui precepit tabernaculum fieri. ideo
dicitur. ferculum fecit sibi rex salomon. id est
ipse deus ad cultum suum fecit taber-
naculum. quod dicitur hic ferculum. a fero fers
quasi ferculum. quia portabatur per levi-
tas de loco ad locum. ut patet numeri iiii. ubi
de hebreo hic habetur. papilionem fecit
sibi rex salomon. Est autem papilio
domus portabilis. de lignis libani.
dicitur. quia iacob antequam descenderet
[illegible] in egyptum filios suos
[illegible] tabernaculi ad fac-
[illegible] deserto ubi non habentur ligna
[illegible] quibus tamen fierent tabule
[illegible] vectes. et archa. et plura

et sic fuit restitutum summum sacerdotium
filiis eleazari filii aaron. quod usurpa
verat heli qui descenderat de ythama
ra. Nescivi. hic comparat pontifi
catus sponse post tempus salomonis usque
ad captivitatem babilonis vinee
custodite. et quod sicut quasi mor
salone factum populus israel quia ad x tri
bus declinaverunt ad ydolatriam per accep
tionem ieroboam. iii° reg. xii°. et postea alie
due tribus coluerunt ydola nimie tempore
achaz et manasse regum iuda ut
patet iiii reg. xvi. propter quod decem tribus primo fu
erunt captivitate per regem assyriorum
quarto reg. xvii°. et postea due alie per
regem babilonis. iiii reg. xxv°.
propter quod lamentando dicit sponsa.
Nescivi. considerare quod me beneficiis dei
quibus preceteris exhibitis. Anima mea
conturbavit me. timore ad ydo
latriam inclinante. Roboam .ii.
tempore patris regnum decem tribuum
movebat populum ad ydolatriam ne si i
ret in ierusalem ad colendum deum. reu
terentur ad priorem dominum. s. ad roboam
filium salomonis. io (?) propter quadrigas
aminadab. per quas intelligitur potentia
regum iude. eo quod tribus iuda primos
auctores hebreos et latinos. nec
[illegible] regnum in tribu [illegible]
[illegible] iudei. nam aliis tribubus
recedentibus moysen sequi per [illegible]
dimisit. tribus iuda constanter sequu
ta fuit ipsum. et aliis continue de
[illegible] Hic autem aminadab erat
princeps tribus iude quod egressus est de
egipto cum naason filio suo qui mor
tuo successit ei in principatu. num.
vii. Hebrei dicunt quod est hic est littera. Ani
ma mea posuit me quadrigis
populi principantis. ita quod aminadab
non est hic unum nomen proprium. sed sunt
duo nomina significantia populum
principantis. et sic est sensus. Anima mea
id est voluptas mea. quia sic nominatur
frequenter in scriptura eo quod movet
alias anime potentias ad agendum. Volup
tas non perversa inclinavit populum
ad ydolatriam. propter quod fuit capti
vitatus iudeorum. et ideo sequitur posuit
me quadrigis populi principantis.
scilicet assyriorum et babiloniorum qui duce
bant filios israel in captivitatem.
sic quadrigis oneratus. [illegible]

[illegible] omnia [illegible] in curribus ad [illegible].
Revertere. hic comparat tempus status
populi a reditu captivitatis babilonice
usque ad christum. [illegible]
[illegible] Revertere revertere. scilicet de capti
vitate. Sulamitis. sic nominatur
hic sponsa a civitate ierusalem. Sulam in
qua pluries hospitatus fuit heliseus.
ut habetur iiii. reg. iiii°. in hebreo sic habetur.
Revertere revertere. Sulamitis. et sic
transfertur ad proprietatem [illegible]
dicitur Sulamitis. id est integra vel perfecta. quod
dicitur revertere ad statum perfectum perfectionis
tue. vel melius ad statum integrum
[illegible] tue. quia post reditum captivitatis babi
lonice quod fuit post [illegible] in [illegible]. primo
[illegible]. secundo [illegible]. tertio [illegible]
[illegible] in cultu unius veri dei usque
ad christum. [illegible] revertere. quia primo
aliqui redierunt de babilone cum zoro
babel duce. secundo alii cum esdra sequente.
primo esdre vii. tertio alii cum neemia. quarto
tempore iude machabei [illegible] persecutionem
antiochi fugerat ad loca deserta. re
dierunt ad civitates et loca sua [illegible]
[illegible] de ducibus antiochi. ut habetur primo
machabeorum. ut intueamur te. colentem
deum in terra [illegible] quod quibus
[illegible] populus israel molestatus fuit ab
aliis populis. propter quod oportebat eum frequenter
pugnare. propter quod sequitur. quid videbis in
sunamite. vel sulamite. [illegible]
[illegible] nisi choros castrorum. id est
societates paratorum ad pugnandum. quia tempore
neemie in reparatione civitatis una
manu faciebant opus. et altera tene
bant gladium. et [illegible] post populus erat ar
matus ad resistendum [illegible]
neemie iiii. et tempore machabeorum populus
israel fuit in bellis quasi continue. ut
patet ex decursu primi et secundi machabeorum.

Quam pulchri sunt. Capitulum VII.

Quosque descriptus est decor sponse
quantum ad sponse [illegible] veteris testa
menti. hic continet idem describere pro statu no
vi. Et dividitur in tres partes. quia primo
ponitur huius status inchoatio. secundo in scho
ati dilatatio. ibi Veni dilecte mi. tertio
dilatati stabilitas. viii. capitulo. quia ibi
describitur sponsa [illegible]. secundo ad
perfectos speciali. ibi. Dicam ascendam.
[illegible] describitur sponsa sub parabola
mulieris [illegible]. [illegible] supra.
iiii. capitulo. quia ibi describitur sponse pulchritudo.

incipiendo a superioribus ad inferiora descendendo. Hic autem econtrario incipiendo ab inferi-
oribus ad superiora tendendo. quia pro tempore
veteris testamenti sponsa quasi a deo processit
et egreditur. pro tempore vero novi de-
scendens ad celestia in patriam reditura.
Secundum parabolam iuncturis pulchre ponetur,
sed exponetur quantum ad primum sic dicit. Quam pulchri
sunt. id est valde pulchri. gressus tui
in calciamentis. Ad graciositatem
enim mulieris multum facit quod mature
et honeste incedat. et calciatis
pedibus. quia inhonestum est quod nudi
pedes appareant. Iuncture femorum tuorum
sicut monilia etc. per hoc designatur
quod crura sunt iuncturis suis debi-
te collocata ad exclusionem omnimode
claudicationis. Umbilicus tuus sicut
crater tornatilis. id est totus rotundus
et bene formatus. et accipitur hic umbi-
licus pro superficie ventris. in cuius
medio est umbilicus. Unde in hebreo
habetur. umbilicus tuus batinus cla-
rus. in quo designatur pulchra
dispositio ventris exterius. Venter tuus sicut
acervus tritici. id est fecundus
in prole. Vallatus liliis. id est decoratus
virginali castitate. Duo ubera tua
sicut duo hinnuli capree gemelli. id est
equalia continentia habundantiam
lactis pro prole nutrienda. Collum
tuum sicut turris eburnea. id est rectum
ad modum turris. et album ad modum
eboris. Oculi tui sicut piscine
in esebon. secundum hebreos esebon non
est hic nomen civitatis ultra ior-
danem de qua dicitur Numeri vicesimo
primo. ignis egressus est de ese-
bon. sed est nomen commune significans compu-
tationes. et sic est littera. oculi tui sicut
piscine in computatione. id est magne re
putationis. que sunt in porta. id est [illegible]
[illegible] filie multitudinis. id est urbis que di-
citur filia multitudinis. eo quod erat plena
populo [illegible]. Erant enim due piscine
aquarum in urbe. circa quas multum decora-
tes. et sic oculi pulchri et mundi deco-
ris mulieris. Comparantur autem oculi pi-
scinis aquarum eo quod sunt aquosi [illegible]
[illegible] quod sic [illegible] in lacrimas re-
solvuntur. Nasus tuus sicut turris li-
bani [illegible]

facie. sicut turris libani que
erat recta [illegible] sita in extremi-
tate terre promissionis. que respicit contra damascum que
erat civitas syrorum qui frequenter
fuerunt adversarii iudeorum. Caput
tuum ut carmelus. id est supereminens
ceteris corporis membris et bene formatum sicut mons
carmelus in terra promissionis qui est fru-
ctifer et gratiosus. ysa. xxxv. Gloria
libani data est ei decor carmeli
et saron. Et come capitis tui sicut
purpura regis iuncta canalibus.
id est posita in canalibus ad lavandum
post tincturam. ut color sit magis
lucidus. per hoc designatur pulchritudo
capillorum sponse in colore. sicut pur-
pura que tingitur pro pannis
regiis sit coloris excellentis. [illegible]
dicitur. Quam pulchra es etc. Statura tua
assimilata est palme. id est recta est
et alta. et ubera tua botris. supple uber-
tatem lactis. Ista predicta faciunt
ad graciositatem sponse corporalis. Secundum pre-
dictam parabolam intellectam ad litteram de
ecclesia sponsa spirituali pro tempore novi testamenti
de qua dicitur. Quam pulchri sunt gressus tui.
per evangelica consilia gradiendo.
in calciamentis. calciamenta que fiunt
de pellibus animalium mortuorum sunt
memoria mortis christi et martyrum
[illegible] muniuntur pedes sponse ad
ambulandum per consilia evangelica.
filia principis. id est ecclesia que dicitur filia
et sponsa christi. qui est princeps regum
terre. apocalypsis i. Iuncture femorum tuorum
id est coniunctio iudeorum et gentilium
in unam christi ecclesiam. et hec iunctura fa-
bricata est manu artificis. id est christi
qui fecit utraque unum. ephesios ii.
Umbilicus tuus etc. per umbilicum
[illegible] sub quo fetus concipitur et per
ventrem in quo [illegible] alitur in
[illegible] ecclesie [illegible] ad gignen-
dum filios ipsi christo. et quia non generantur
naturaliter sed spiritualiter. Iohannis primo. qui non ex san-
guinibus neque ex voluntate carnis etc.
ideo venter iste dicitur vallatus liliis. scilicet cas-
titatibus. Duo ubera tua. id est duo testa-
menta ex quibus sugitur lac quo nutri-
untur et augmentantur filii ecclesie generati. id est
[illegible] infantes. [illegible]
[illegible]